



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Institutiones Canonicae Sive Ius Ecclesiasticum**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

Titvlvs XXV. De Clerico Percussore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62649)



# TITVLVS XXV.

## De Clerico Percussore.

### SUMMARIUM.

1. *Pana Canonica clericis & Episcopi percussoris:*
2. *Licita tamen Magistris est percussio discipulorum:*
3. *Senioribus, clericis minorum, turbantium officia divina,*
4. *Prælati subditorum, causâ correctionis.*
5. *Istius tamen causâ clericum per laicum percuti, vetat Jus:*
6. *Permittit moderna consuetudo.*

**S**icut Venatio, sic & Percussio, ea saltem quæ cum notabili excessu exercetur, personarum Ecclesiasticarum gravitati ac mansuetudini repugnat adeò; ut clericus percussor corripi: Et, si non resipuerit, deponi jubeatur; *can. 1. dist. 45. & c. 1. hic & Episcopus;* quòd mulierem, etiam delinquentem, fustibus crudeliter cædi præcepisset, hæc postea mortuâ, licet percussione illâ causâ mortis ejus fuisse non crederetur, à celebratione Missarum duobus mensibus abstinere debuerit, mandatò Gregorij M. 6. *Præterea 2. relati.*

Excipiendi tamen hęc locò sunt Primò clericis Præceptores ac Magistri artium Liberalium: quibus, cum verba & minæ non proficiunt, correctionis ac disciplinæ causâ levis & moderata percussio permittitur, *can. Aut facta 19. dist. 1. de*

*Pœnit. & l. Sed etsi 5. §. fin. ff. ad L. Aquil.* etiam clericorum, quin incidant in Canonis excommunicationem, *c. 1. & c. Cùm voluntate 54. §. fin. de Sent. excommunicat.* quia hujusmodi manuum injectio, nec facta suadente diabolo, nec violenta censetur, Panormit. *in c. 1. cit. n. 1. Navarrus Manual. cap. 27. n. 81. & Suarez de Censur. disp. 12. §. 1. n. 40.*

Secundò, seniores Sacerdotes & alij clericis; qui, si zelò devotionis pueros vel adolescentes in minoribus ordinibus constitutos, divinum officium turbantes, leviter percutiant, eandem Canonis censurâ non incurrunt, *§. fin. cit. & c. Veniens 16. Rubr. cit. ubi Panormit. & Barbosa n. 1.*

Tertio Prælati Ecclesiastici, tam Seculares quàm Regulares, quibus moderata percussio sibi subditorum Religiosorum & Clericorum: minorum quidem, etiam pro levioribus culpis: majorum verò, sive in sacris constitutorum, pro gravioribus tantum excessibus est permittitur, *can. Non liceat 25. pr. dist. 86. & quidem per Clericos aut Religiosos faciendâ; quia Religiosi aut Clerici percussorem mandantes laico cum his, eam exequentibus, de Jure incurrunt excommunicationem Canonis, Papæ reservatam, c. Univerſitatis 24. de Sent. excom. Suarez de Censur. disp. 22. §. 1. n. 42. & alij apud Barboſam in c. cit. n. 2.*

*De Jure, inquam, subaudi Decretalium.*

sum antiquiori partim; quia vi consue-  
tudinis, passim recepta, Prælati clericos  
delinquentes per ministros laicos capiunt,  
incarcerant, castigant &c. *e. Si clericos*  
*15. de Sent. excom. in 6. ne, deficientibus*  
*personis Ecclesiasticis, quæ ejusmodi mu-*  
*nus & actiones in se suscipere velint, cle-*  
*ricorum delicta maneat impunita, con-*  
*tra Reg. c. Ut fama 35. eadem Rubr. Pa-*  
*normit. in c. Universitatis cit. n. 6. in s-*  
*ue, Navarrus Comment. 3. de Regularib. n.*

52. & cit. Suarez n. 44. partim verò;  
quia hodie Prælati etiam Regularibus  
clericos sibi subditos per Religiosos, et-  
iam laicos seu conversos, verberibus  
&c. castigare licet, vi Privilegii ab Ale-  
xandro VI. & Leone X. concessi & rela-  
ti in *Compend. Privileg. Minor. V. Ab-*  
*solutio Ordinaria §. 20. & 27.* Eodem  
cæterorum Ordinum Prælati gaudent ex  
communicatione, Palao *Tract. 29. disp.*  
*3. p. 23. §. 3. n. 11.*



## TITVLVS XXVI.

### De Maledicis.

#### SUMMARIUM.

1. Maledici percutiunt linguâ.
2. Si privatam, ad læsæ existimationis  
reparationem:
3. Si Principem, Majestatis violatæ cri-  
mine tenentur.
4. Aliquando tamen eis clementer igno-  
scitur.
5. Prasertim si Ecclesiastici, non digni-  
tatem, sed personam lædant.
6. Venia à B. Pio V. data illustre exem-  
plum.
7. Deum & Sanctos maledictis lædant  
blasphemii:
8. In quos severissima pœna Lege Di-  
vinâ,
9. Sanctionibus Ecclesiasticis,
10. Et Imperiali jure sunt constituta,
11. Blasphemia hæreticalis Ecclesia-  
stici:
12. Non-hæreticalia Mixti Fori est cri-  
mina.

**P**ercussio alia Manu, alia Linguâ fit, **1.**  
Glossa & Panormit. in *Rubric.*  
Illâ Maledici; istâ Maledici per-  
cutere solent, detrahendò & ver-  
ba calumniæ jaciendò, Hostiens. in *Sum-*  
*ma, n. 1.* Sunt autem Maledici triplicis  
generis.

Nam primò aliqui in proximum **2.**  
privatum: quem, aliquod malum vg-  
quod fur aut adulter sit, de eo enuntian-  
dò, vel bonum seu dotem & qualitatem  
ipsi competentem vg. ingenuitatem, no-  
bilitatem inficiandò, deprimunt. Id, si  
eò absente fiat, Detractio: si præsentì  
in faciem obijciatur, Contumelia est, Mo-  
lina *Tract. de I. & I. disp. 22. n. 1.* quo-  
rum maledictorum utrumque peccatum  
ex genere est mortale, ejusque reus in  
Conscientiâ interno ad famæ atque exi-  
stimationis læsæ reparationem obligatur:  
in externo autè foro obnoxius est Actio-  
ni injuriarum, l. Item 15. §. 27. ff. l. *Qui*  
*liberos g. Sc. C. de Injuriis, de qua sermo*  
redibit